Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: <a href="https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/deed.de" target="_blank">CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"></a>  Kontakt:<a href="https://www.stiftstams.at/" target="_blank"> Stift Stams</a>   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



siquis hec transgressus fuerit: acrius coercetur Vt non plu

Capitulum 70.

Retro in monasterio ¶ mat quisqm alui cedere · Cap xcj

omnis presumptionis occasio Ordinamus atq
constituimus: ut nulli liceat quemquam fratrum suorum excom
municare aut cedere: nisi cui potestas ab abbate data fuerit
Peccantes autem coram omnibus arguantur: ut ceteri me
tum habeant · In fratribus vero usq ad quintum decimum
annum etatis · disciplinee diligentia sit: et custodia adhibeat
ab omnibus Sed et hoc cum omni mensura et ratione · Nam
in maiori etate qui presumpserit aliquatenus sine precepto
abbatis · vel in ipsis filiabus sine discretione exarserit: disci
pline regulari subiaceat: quia scriptum est Quod tibi non
vis fieri: alio ne feceris Vt obedientes sint sibi invicem fres

Capitulum 71.

Obedientie bonum nō solum abbati ¶ Capm xcj
exhibendum est · sed etiam sibi invicem ita obediant fra
tres: scientes per hanc obedientie viam se ituros ad deum Re
misso ergo abbatis aut prepositorum qui ab eo constituuntur
imperio: cui non permittimus privata imperia preponi: de ce
tero omnes iuniores prioribus suis omni caritate et solicitu
dine obediant Quod siquis contrarius reperitur: corripi
atur Siquis autem frater pro quavis minima causa ab ab
bate · vel a quocumq priore suo corripitur quolibet modo: vel
si leviter senserit animum prioris commovum contra se iratum
vel commotum quamvis modice: mox sine mora tamdiu prostra
tus in terra ante pedes eius iacat satisfaciens: usq dum bene
dictione sanetur illa commotio Quod siquis contemptserit
facere · aut corporali vindicte subiaceat: aut si contumax fue
rit · de monasterio expellatur De zelo bono quē debet habere monachus